

LAZARI SCHONERI

scendas, sed liberioribus studiis temporibusque Academicis esse reservandas. Sunt qui contrá sentiant Arithmetica[m] Geometricamq[ue] classem omnino expetendam esse, quamvis esset etiam in Academia Euclidea, quæ nunc nulla est, professio; neque enim continuo sequi, si in Academia doceatur Grammatica Varronis aut Prisciani, propterea ejusdem artis accuratam præceptionem in classibus habendam nullam esse. Vides, lector, quæ de re dissentiant hominum judicia: ~~nam~~ habenda sit omnino Mathesis nec ne, sed quo loco habenda quaeritur. Atqui ut de re gravi in hoc aditu editionis mathematicæ aliquid dicam, Arithmetica[m] & Geometriam ego ejusmodi esse artes intelligo, quibus, ut operæ precium fiat, nequaquam sufficiat quotidianus interpres, quamvis bonus, nisi ei par esse possit discipuli fides & industria, eaq[ue] in dies singulos ita à magistro adiuvetur, ne se quens locus attingatur, nisi prius expositi reposcatur intelligentia memoriq[ue] confirmetur. Testis est totus ille artium consequentium chorus, in quo sunt Harmonica, Optica, Mechanica, Astronomia, Geographia, in quibus rerû argumenta à numeris & magnitudine sumpta, qui digrediendo ubicunq[ue] opus est, velit inculcare, odiosus sit: breviter autem citari è suis artibus

tibus